


396



394

400

ferientis declinante auriculam ejus abscidit. Moxque eum
Dominus reprehendit, gladio pugnare prohibuit, et laesum sibi
adductum coram omnibus sanavit. Hunc locum deosculati
sumus, et indulgentias accepimus (†).

390

405

De praedio Gethsamini, in quod venit Jesus.

385

Deinde magis contra torrentem descendimus, et in locum
Gethsamini venimus, in quo manserunt octo discipuli dor-
mientes, procedente Domino cum tribus ad locum orationis.
In hoc loco orationes praescriptas diximus, et terram deoscu-
lantes indulgentias recepimus (†). In hoc loco tempore Christi
erat praedium quoddam et villula Levitarum, in quo pecora
immolanda in templo servabantur. Post Christi triumphum
superaedificaverunt Christiani ecclesiam magnam, et monaste-
rium monachorum multorum. Quae omnia jam sunt ad solum
deducta; videntur tamen adhuc ibi murorum exilia vestigia.

445

345

495

295

De petra vestigia Domini Jesu paventis habente.

Haec quatuor loca jam praescripta sunt in una brevi cir-
cumferentia posita, sibi propinqua, in eodem districto. In quo
districto ducti fuimus ad rupem quandam latam, consurgentem
de terra, et facit quasi parietem latum, (B) et non multum
altum, nec omnino erectum sed declinatum. Sub ipso autem
rupis pariete est quaedam planities, in hac planicie Dominus
Jesus stabat, quando Judaei eum apprehendere et capere accur-
rebant, nec poterat undique turbis circumdari, quia a parte
orientali stebat paries rupis. Cumque iam impetum in eum
facerent et irruere conarentur, expavit, et contra petrae parie-
tem se vertens impetuositati cedere volens extensis brachiis
in ipsum saxeum parietem incidit, non quidem ut fugae praesi-
sidium quaereret, sed ut importunitati et violentiae locum daret.
Eo autem sic parieti illidenti cessit sacerrimo corpori ipsa pe-
tra, mollem se praebens, ac si paries de flexibili cera fuisse-
t, et in se recepit incidentis figuram secundum lineamenta cor-
poris, eo modo, quo petrae illisus fuit. Et illa lineamenta

Ende

Anfang